

rationalis habentes posse esse testes in celebratione Matrimonii, sive ipsi sint Masculi, sive Feminae, sive Coniunguei, ac etiam Pater, & Mater contrahentium, sive eorum domestici, sive bonae, sive male famae, sive fideles, sive infideles, Religiosi seculares, aut claustrales, etiam Moniales, adulti, sive impuberes, dummodo sint rationis compotes, ac generaliter omnes, etsi aliis testificari incapaces. Sanchez d. lib. 3. disput. 41. num. 5. Bonacina d. q. 2. de Matrim. panth. 8. num. 43. Layman. lib. 5. tractat. 10. part. 2. cap. 4. num. 6. Pax Jordanus tom. 1. lib. 3. tit. 7. numer. 105. & Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 19. num. 92. hanc reddens rationem, quia causa Matrimonii est favorabilis, & quia auctoritas Parochi supplet eorumdem Testium defectum. cap. Cum esset. 10. De Testam. et ultim. Volunt. Imò nihil obstat, si dicti testes dolo, vel ad aliud vocati sint, sive casu sint praesentes, nec fuerint rogati; aut si fuerint coacti, vel vi detenti, dummodo sentiant, ac intelligent contrahentium consensum, & ad id, quod agitur, advertant; ut bene demonstrat Sanchez d. lib. 3. disput. 39. a numer. 9. & seqq. Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. gloss. 48. num. 7. ubi refert, si fuisse decium à Sacra Congregatione; & Pax Jordanus d. lib. 3. tit. 7. à num. 106.

E contra testes non essent sufficientes, nec coram eis validum foret Matrimonium in initum. 1. Si essent ebrii, vel dormientes, vel essent infantes, & capere non possent, quid contrahentes agerent, vel dicerent. Ventriglia in Praxi Annot. 3. num. 5. Bossius de Matrim. cap. 5. num. 5. ea ratione, quia, ut ait Loterius lib. 2. q. 40. num. 81. non dicitur praesens, qui licet corpore locum occupet, mente tamen, & animo abest. 2. Si ipsi testes non essent simultanei cum ipso Parocho, sed post eius discessum vocarentur; siquidem testium praesentia non debet esse successiva, sed simultanea cum praesentia Parochi. Sanchez d. lib. 3. disp. 41. num. 3. Rubens in addit. ad Rotam part. 4. recent. decis. 431. à num. 22. & seqq. tom. 2. Barbosa in Not. Canon. lib. 1. Not. 14. num. 70. & Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 19. num. 100. eam reddens rationem, quia praesentia Parochi, & Testium pro validitate Matrimonii est de forma; & per consequens debet utraque intervenire simul, ac eo tempore, quo actus in esse producitur. 3. Neque valeret testimonium, si Testes intervenirent pariete intermedio, etsi notam haberent vocem contrahentium, quia in re tanti momenti non est fidentiam de vocum cognitione, quae deceptioni, ac fallaciae est subiecta; ideoque est necesse, ut testes verè sint praesentes, videant, advertant, ac, sine periculo errandi, intelligant quidquid à contrahentibus profertur. Ventriglia d. Annot. 3. numer. 12. Molin. de Ritu Nupt. lib. 1. diff. 11. à num. 120. & Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 19. num. 104. 4. Proinde qui caeci sunt, & lumine oculorum sunt orbat, non possunt esse testes in Matrimonio; adeo ut si coram ipsis celebreretur, censetur prorsus irritum, ac invalidum, quamvis notas habeant voces contrahentium, ut probat Mascardus conclus. 278. num. 7. Ventriglia d. Annot. 3. num. 14. Barbosa de Episc. allegat. 32. num. 87. Gratian. Discept. Forens. cap. 849. à num. 20. & Farinacius de Testib. quæst. 61. num. 7. ejurata circa hoc contraria opinione DD. quos citat Bossius de Matrim. cap. 3. numer. 23. 5. Tandem necesse est, ut ipsi Testes intelligant idioma contrahentium, ut diximus supra num. 6. de Parocho; nec sufficiat, si per interpretem sibi notificarentur eorum verba, ob periculum deceptionis, & fraudis, ut bene considerat Bassilius Pontius d. lib. 5. cap. 21. num. 10. & eundem si quis ex Sponsis vellet recedere à contractu, & subornaret Interpretem, ut diceret, se consensum in Matrimonium non praestitisse, sed de alia re fuisse locutum, quo-

modo Testes possent pro veritate consensus praestitit testificari?

Quo ad Quartum, & Ultimum, in quo investigatur, supradictum Decretum Concilii Tridentini, de contrahendo Matrimonio coram Parocho, & duobus testibus, Quo in loco sit servandum? Respondetur, servandum esse tantum in iis locis, in quibus ipsum Concilium esse publicatum juxta eundem dispositionem in cit. sess. 24. de Matrim. cap. 1. in fine, ubi sic dicit: Decernitur insuper, ut huiusmodi Decretum, in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat, à die prime Publicationis, in eadem Parochia factae, numerandis. Idcirco ubi Concilium Tridentinum non est publicatum, valent Matrimonia more antiquo, etiam sine praesentia Parochi, ac testium celebrata, prout servari adhuc in quibusdam Galliae, ac Poloniae partibus, tradit Barbosa ex DD. per eum collectis ad d. sess. 24. cap. 1. num. 170. & Bassilius Pontius d. lib. 5. cap. 26. §. 2. Verf. 4. ubi reddat rationem dicens, hoc non nasci ex eo, quod Lex ad sui obligationem exigat, ut acceptetur à populo, sed ex speciali dispositione Ecclesiae in hoc casu, quae nolit legem hanc de praesentia Parochi, & Testium obligare, nisi post promulgationem in singulis Parochiis factam, ac elapsis à publicatione diebus triginta; & hoc idem prosequitur Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 19. num. 109. & 110. subdens, quod idem dicendum sit de locis, in quibus fuerat Decretum praedictum publicatum, sed deinde in dominio haereticorum transierunt; & ex eis expulsi sunt Catholici, vel ipsi interdicti liber usus Sacramentorum; nunc enim validè contrahunt Matrimonia sine praesentia Parochi, & Testium. Vericel. quæst. 145. num. 11. & 12. Aversa quæst. 6. sess. 2. Verf. Jam verò. Ru- beus in cit. Rotæ Decis. 431. num. 55. part. 4. recent. tom. 2. & fusc Gobatus trad. 9. à numer. 456. & seqq.

Porro, supradictio Conciliari Decreto attento, quatuor Dubia remanent examinanda, ac solvenda. Primum est, An Sponsi degentes in loco, ubi Concilium Tridentinum est publicatum, si se transferant ad locum, in quo dicta publicatio facta non sit, validè ineam Matrimonium inter se sine praesentia Parochi, ac Testium? Resolvitur Dubium 24 sub hac distinctione. Vel se conferant ad locum, in quo Concilium non est publicatum, ut ibi habitent? Et validè possunt nubere sine Parocho, & testibus. Vel ibi vadunt, animo fraudandi proprium Parochum, & sine eo contrahendi; vel ibi perveniunt tamquam hospites, & peregrini, habitationem firmam non constituentes? Et in hoc pariter casu nullum, & irritum est eorum Matrimonium, si illud sine proprii Parochi, ac Testium praesentia ineam, ut respondit S. Congregatio in Coloniae. 5. Septembris 1626. & in Anversien. 9. Decembris 1628. de quibus Barbosa de Parocho cap. 21. num. 93. & Emin. Card. de Lugo in Responsis Moralibus lib. 1. Dub. 26. ubi ponit Breve Pontificum Urbani Papæ VIII. diei 14. Augusti 1627. confirmans praefatas Cardinalitatis Declarationes: Earum vigore cum N. N. Nobilis Comes Patavinus, Dux unius ehortis exercitus Austriaci in obsidione Budæ, Anno 1685. duxisset in Uxorem in eodem loco, sine Parocho, & sine Testibus, quamdam mulierem, cujus vehementi amore exarserat, & postea eum penitisset, & requireret, an illud Matrimonium fuisset validum? Respondit negativè; quia utrique amantes ibi erant hospites, & advenæ, & cum haberent domicilium Viennæ, in qua Concilium Tridentinum est publicatum, non poterant validè Matrimonium simul inire absque praesentia proprii Parochi, vel alicujus Sacerdotis ab eo delegati, ac Testium; juxta supradictas Sacrae Congregationis Declarationes, quas esse omninò attendendas, ex-

ploris

Præter quatuordecim Impedimenta, Matrimonium dirimentia, omnibus nota, ostenditur, duo alia reperiri: Unum in Ecclesia Latina, quod est Interdictum Judicis cum Decreto irritante ob aliquam urgentem causam, qualis est desolatio Sponsæ: Aliud in Ecclesia Græca, si conjugium quarta vice incurrat. Canones, Rationes, ac Doctores allegantur circa facultatem Judicis prohibendi Matrimonium sub pœna nullitatis ante expeditionem litis. Jura contraria resolvuntur, & Doctores circa hoc discrepantes concordantur.

SUMMARIUM.

- 1 Impedimentum dirimens Interdictum Judicis.
- 2 Cap. Tua Fratemitas. De Sponsa duor. dispositio.
- 3 Interdictum Judicis reddit Matrimonium illicitum, non invalidum. & num. 4. & num. 7. ubi DD. & num. 24.
- 5 Inferiores Prelati non faciunt Impedimenta dirimentia.
- 6 Juxta non potest Sacramenta irrita reddere.
- 8 Interdictum Judicis irritat Matrimonium. & numer. 9. & 10.
- 11 Legis secundum dispositionem est judicandum.
- 12 Amodo disto quid significet?
- 13 Interdicti Impedimentum dirimens est ab Ecclesia approbatum.
- 14 Attentata contra Decretum Judicis sunt retrahenda.
- 15 Interdictum Judicis irritare Matrimonium, qui DD. dixerint?
- 16 Interdictum Judicis sine clausula irritante non irritat Matrimonium.
- 17 Juxta est Minister, ac Executor Legis.
- 18 Contractus Matrimonii si irritetur, etiam Sacramentum est nullum.
- 19 Christus an indixerit Impedimenta Matrimonii?
- 20 Concordantia DD. circa Judicis Interdictum dirimens Matrimonium.
- 21 Causam ob urgentem Juxta prohibere potest Matrimonium sub pœna nullitatis. Secus si non adest causa urgens. Et quæ sit?
- 22 Desolatio Sponsæ est causa interdicensi Matrimonium sub pœna nullitatis cum alia.
- 23 Causa perpetua interdicensi Matrimonium est Sponsæ desolatio.
- 24 Cessante causa cessat effectus.
- 25 Græci non admittunt Matrimonium quarta vice.
- 26 Abbas Papadopoli laudatus.

Explicitis hucusque Impedimentis quatuordecim dirimentibus Matrimonium, de quibus commemorat omnes Scholastici, ac Moraliste agunt, restat inquirendum, an ultra praedicta reperitur aliquod aliud Impedimentum dirimens? Et respondendum videtur, alia duo reperiri, unum in Ecclesia Latina, quod vocatur Interdictum Judicis sub pœna nullitatis; Aliud in Ecclesia Græca, quod dicitur, in quarto Voto contractum Matrimonium.

Quo ad Primum, praemittere oportet, quod Alexander Papa III. consultus ab Archiepiscopo Genuesi, quid agendum de illis, qui litigantes in causis Matrimonialibus super executione Sponsalium, & interposita appellatione, non expectata sententia definitiva, contrahat de facto Matrimonium per verba de praesenti cum alia persona, in praedictum causæ

ploris contrariis DD. aliquorum opinionibus, advertunt Tamburinus de Triplici Jure lib. 8. tractat. 6. cap. 2. §. 2. num. 16. Cotonius lib. 5. Controv. 1. numer. 265. Gobatus d. trad. 9. n. 481. 521. & 536. atque Emin. Card. de Lauræa de Matrim. disp. 22. num. 138.

Secundum Dubium est, Utrum Mulier Latina possit validè nubere Viro Latino coram Sacerdote Græco non Parocho in loco, in quo Græci habitant, & absque praesentia Parochi, & testium faciunt conjugia? Respondetur negativè, si in eo loco publicatum sit Concilium Tridentinum, juxta doctrinam Pignatelli tom. 1. consulti. 150. num. 57. ubi testatur, sub Pontificatu Gregorii Papæ XIII. ad instantiam Episcopi Zaren. Sacram Congregationem Concilii respondisse, Matrimonia à Græcis contracta in Provincia Zaren. non servata forma Concilii Tridentini, nulla, & irrita fuisse; & mandasse moneri conjuges, ut iterum contraherent coram Parocho, & Testibus. Quæ doctrina attenta, cum Anno 1687, quidam miles latinus in Insula Zacynthi duxisset in Uxorem quamdam mulierem coram Sacerdote Græco non Parocho, & post militis discessum mulier illa Corcyram reverfa, delata fama de morte militis, nupisset alii viro coram Parocho, & Testibus, ac non multo post, prior Vir miles ibi appulisset, & peteret sibi assignari mulierem illam tantquam Uxorem suam; causa introducta coram Archiepiscopo Corcyren. (qui tunc erat Illustrissimus Dominus Marcus Antonius Barbadiacus, nunc S. R. E. Cardinalis meritisissimus) ego, ab eo consultus, respondi, secundum Matrimonium illius mulieris esse validum; primum verò fuisse nullum, irritum, & inane ex defectu praesentiae proprii Parochi, ac testium, sine qua praedictus miles contraxerat Zacynthi; in qua Insula, subiecta Serenissimo Domino Veneto, Concilium Tridentinum erat publicatum; & ad ejus observantiam obligati erant etiam Græci ex traditis per Tamburinum d. lib. 8. tract. 6. cap. 2. §. 2. n. 12. & Bossium de Matrim. cap. 1. n. 62.

Tertium dubium est, quid dicendum, si Mulier Græca nubat Viro Latino; vel e contra si Vir Græcus ducat in Uxorem mulierem Latinam; an sit necessaria praesentia proprii Parochi, ac testium pro validitate conjugii, si sint in loco, in quo Concilium Tridentinum fuit publicatum? Respondetur, praedictam praesentiam Parochi, ac testium esse necessariam pro validitate Matrimonii eorumdem; & hoc attenta Instructione ad Græcos Clementis Papæ VIII. apud Quarantam Verbo Græcorum Ritus. pag. mibi 347. in qua prohibetur Marito Latino sequi in Matrimonio ritum Uxoris Græcæ; & Uxori Latinae sequi Ritum mariti Græci; & hoc idem respondisse Sacram Congregationem ad Episcopum Trajansen. die 20. Februarii 1590. notat Nicolius in Florenti Verbo. Græci. num. 7.

Quartum tandem Dubium est, An validum sit Matrimonium contractum inter Catholicos, sed coram Parocho Græco Schismatico, & more Schismatico, praesentibus dumtaxat Musicis canentibus in honorem Matrimonii, more suo, non autem Testibus particulariter rogatis? Respondet esse validum Pignatelli tom. 7. consulti. 62. quia quoad Parochum Schismaticum, donec iste non fuerit privatus officio, validè assistit ex Sanchez d. lib. 3. disp. 21. & Bassilio Pontio d. lib. 5. cap. 17. §. 1. Uvic. num. 6. quo verò ad Musicos, dummodo advertant ad contractum, sunt res sufficientes; & possunt semper testificari de consensu praestito à contrahentibus. Sanchez d. lib. 3. disp. 39. n. 11. nec opus est absolutè, ut sint rogati. Idem Sanchez cod. lib. 3. disp. 41. n. 7. & diximus supra num. 20.

causa, & alterius partis colligantibus? Ita ei respondit, ut legitur in cap. Tua Fraternalitas. 4. De Sponsa duorum. Videlicet: Hoc arbitrarum agendum, ut si amodo in tali casu duxerint appellandum, eis in Ecclesia publicè interdicat, ne ante decisionem cause aliud contrahant Matrimonium. Et si contra interdictum Ecclesie publicè factum uenerint presumpserint, Matrimonium tam presumptiuè contractum poterit irritare. Qua Decretali attenda disputant Canonistas, an Iudex Ecclesiasticus, coram quo pendet causa super Sponsalibus initis per verba de futuro, quorum executionem unus Sponsus postulat; alter verò negat, & eam impugnat; An, inquam, ipse Iudex interdicere possit parti neganti se Sponsalia de futuro contraxisse, seu ad ea exequenda obligatam esse, ne pendente causa audeat cum quocumque alia persona Matrimonium inire sub pena nullitatis; & casu quo, inobediens sit, & contrahat cum alia per Verba de presentibus, Matrimonium hoc sit nullum, irritum, & inane; & tanquam tale ab eodem Iudice possit declarari? Alii negant, & alii affirmant. Negantium fundamenta sunt ista.

Primo, textus in cap. 1. De Matrim. contracto contra Interd. Eccl. ubi pendente lite super validitate Sponsalium, à muliere, cum duobus successivè fratribus initorum, Iudex inhibuit eidem mulieri, ne alicui nuberet, donec Lis expediretur. Mulier non obediit, sed tertio cuidam Viro nupsit; undè Papa respondit: Mandamus quatenus si ita est, presentem mulierem, ne mandatum tuum contemptibile videatur, ad domum matris redire compellas; & imposita sibi de tanto excessu penitentia condigna, postquam in domo matris per mensem steterit, ad tertium reverti permittas. Ergo Matrimonium contractum cum tertio, contra Interdictum, ac prohibitionem Iudicis, fuit validum; nec Interdictum prædictum potuit irritare, aut dirimere Matrimonium.

Secundò, textus in cap. 2. eod. tit. in quo pariter contra prohibitionem Iudicis, ne ante definitionem causæ conjugium iniretur, fuit innotum; & delata appellatione ad Papam respondit: Mandamus, quatenus si nihil confiterit, quod impediatur, præter consensum de futuro, qui inter prefatos R. & M. assertur præcessisse, secunda Matrimonia involubiliter observanda, sub ioto appellationis obstaculo, iudicatis: licet enim contra interdictum Ecclesie ad secunda vota transire non dekerit, non est tamen conveniens, ut ob id istum Sacramentum conjugij dissolvatur, aliquis tamen penitentia eis debet imponi, quia contra prohibitionem Ecclesie hoc fecerunt. Ergo Iudicis prohibitio non est impedimentum dirimens Matrimonium.

Tertiò facit, quia introducere Impedimenta dirimentia Matrimonium reservatum est soli Summo Pontifici, seu Concilio Generali, de eius licentia congregato, cum res sit maxime ardua, ac difficilis, nec ab inferioribus petraclanda. Suarez tom. 3. in 3. part. D. Thoma disp. 7. sect. 4. num. 5. DD. quos cumulat Diana p. 8. tract. 1. resol. 76. existere in Coordinato ejus opere tom. 3. tract. 1. resol. 88. & nos diximus supra Decif. XVIII. n. 22. Sed quatenus ex Interdicto Iudicis Matrimonium irritaretur, possit omnino Iudex Ecclesiasticus pro sui libito Impedimenta dirimentia facere, inconsulto Romano Pontifice. Ergo dicendum, quòd Interdictum Iudicis non habeat vim dirimendi Matrimonia, quamvis sub pena nullitatis relaxatum.

Quartò, non potest Iudex per suam prohibitionem irritare Sacramenta, quando per debitam materiam, formam, ac consensum consueverunt. Sed Matrimonium est Sacramentum. Ergo quando contrahentes Materiam, Formam, ac consensum tanquam Ministri in illud conferunt, validè consueverunt, non obstante Iudicis interdicto, seu prohibitione, sub pena nullitatis eis irritata.

Quintò, quia sic tenuerunt Glossa, ac Præpositus

in d. cap. 1. Et 2. De Matrim. contr. con. interd. Eccl. nec non ibid. Card. Zabarella, & Ancharanus. Prout etiam Abbas, & Ant. de Butrio in cap. ad dissolvendum. num. 9. De Sponsalib. Mandatos in 7 tract. de Inhibitionib. quest. 90. post num. 2. Lancelotus de Attent. part. 2. cap. 20. limit. 18. num. 1. Covarvius in 4. libi. Decret. part. 2. cap. 6. num. 6. Rota Decif. 1. De Despons. Impub. in novis. Vivaldus in Candelabro Eccl. in tit. de Matrim. num. 82. Emin. Card. Toleros in Summ. lib. 7. cap. 14. n. 2. & alii plurimi; quos citat Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 1. n. 9. & Charartius, qui hanc opinionem negativam amplectitur, Decifion. Criminal. XXII. numer. 101. Et 11.

Affirmantium verò, & docentium, Interdictum Iudicis cum decreto irritante, & sub pena nullitatis dirimere Matrimonium, ac esse numerandum inter impedimenta dirimentia, rationes, ac auctoritates sunt sequentes:

Primo textus in cap. Contradictiones. 35. q. 2. Et ubi in fine dicitur: Ubi autem post interdictum factum fuerit inventum, separaretur.

Secundò textus in cap. Videtur nobis. 35. q. 6. in quo Cælestinus Papa, in casu, de quo agimus, sic Archiepiscopo Florentino respondit: Videtur nobis, quòd secunda, quam contra prohibitionem Ecclesie duxit, non sit Uxor, etiam si primam non haberet desponsatam. Nam quòd contra interdictum, & Ordinem Ecclesie factum est, tanquam inordinatum, rationem non haberi tam divinam, quam humane legis proclamata auctoritas. Quia igitur ea, quam inordinatè superavit, prohibitionem veniente, Uxor non est, cogendum est eam recipere, quam juravit, & desponsavit, & ea ex prolem genuit; ut iuramentum religio non vilipendatur, & si fides adinvicem promissa servetur, & proles in cultu Dei nutriatur, & licetur; & alii exinde petrandi occasio. Et alia decipiant assumeri non valeant. Ecce hic Lis erat super executione Sponsalium initorum sub iuramento, & cum defloratione Sponsæ; idèd Iudex Sponsò detegenti eam in Uxorem ducere interdixerat, ne cum alia iniret conjugium; ipse tamen spreta prohibitione duxit aliam in Uxorem; & Papa declarat, nullum, ac irritum hoc secundum Matrimonium; & ait, cogendum esse Sponsum ducere primam. Ergo Interdictum, ac prohibitio Iudicis facit impedimentum dirimens.

Tertiò facit supra relatam cap. Tua Fraternalitas. 4. De Sponsa duorum, in illis verbis: Et si contra Interdictum Ecclesie publicè factum venire presumpserint, Matrimonium tam presumptiuè contractum poterit irritare. Per quæ Verba Summus Pontifex concedit facultatem Iudicibus Ecclesiasticis irritandi conjugia contra eorum interdictum, ac prohibitionem inita. At Iudex potest, quòd sibi per Sacros Canones facere conceditur, Vinc. de Justis de Dispensat. Matrim. lib. 2. cap. 2. num. 47. etiam ubi agitur de Sacramento. Emin. Cardin. de Laurea de Matrim. disp. 18. num. 51. Ergo Interdictum Iudicis est numerandum inter Impedimenta dirimentia.

Quartò, Quando habemus legem aliquod ordinatam, vel dispositionem, secundum ejus ordinationem, ac dispositionem est iudicandum, cap. Porro. De Privileg. Gratianus Distict. Foris. cap. 420. numer. 17. Et cap. 267. num. 24. & Rota part. 4. recent. Decif. 617. & ibi Alden. num. 101. tom. 3. Sed textus in d. cap. Tua Fraternalitas, est Lex generalis, disponens super Interdictis, ac prohibitionibus Iudicis, futuris temporibus, circa causas Matrimoniales faciendas, ut patet ex illis Verbis Papæ: Ut si amodo, quæ significant posthac, seu in posterum, ac perpetuis futuris temporibus, ex Calepino, & ex Laurentio in Amalthea Oratoria in Verb. Amodo. Ergo vigore prædictæ Legis Canonice,

ac

ac Pontificia potest Iudex relaxare Interdictum irritante, ac dirimens Matrimonium.

Quintò, Episcopi non possunt instituere Impedimenta dirimentia Matrimonium, quæ nova sint, & ab Ecclesia Universalis, vel ab ipso Ecclesie Capite, nempe Summo Pontifice, non approbata. Ex Diana Coordinato d. tom. 3. tractat. 1. resol. 88. existente in veteri part. 8. tract. 1. resol. 76. Sed Impedimentum Interdicti facti à Iudice cum clausula irritante, ne Matrimonium fiat sub pena nullitatis, non est Impedimentum novum, sed in Ecclesia usitatum, & à Papa, ut supra, approbatum. Ergo ab Episcopis, ac eorum Vicariis, & Ministris, Deputatis ad causas Matrimoniales iudicandas, potest relaxari, ac intimari, relaxatumque, & intantum est Impedimentum Canonicum, dirimens Matrimonium.

Sextò, quia nullitas Matrimonii ob præcedentem prohibitionem Iudicis cum decreto irritante, est conformis toti Juri Canonico, imò & Juri Civili, præcipientibus attentata contra Interdictum Iudicis esse irritanda, ac retractanda. cap. Non solum. De Appellat. in 6. l. fin. Ne quid in loco publ. l. Qui veniat, ff. De Re judic. Gratianus cap. 795. num. 15. & Rota part. 2. recent. Decif. 735. num. 3. Ergo Iudex, contra cuius Interdictum in initum est conjugium, potest, & debet, illud irritum, ac nullum declarare, ac penitus revocare.

Septimò, quia sic consueverunt, ac docuerunt Canonistæ, ac Theologi antiqui, ac moderni sequentes, videlicet: Primò Glossa in Clem. 1. in Verb. Inhibentibus. De Jurisdictione, quam Covarvius part. 2. cap. 6. num. 6. vocat insignem. Hæc Glossa ibid. ait, actum contra inhibitionem esse nullum in multis casibus, & ex diversis Decretalibus, quas citat, & inter cæteras allegat, textum in d. cap. Tua fraternalitas; De Sponsa duorum, in quo, ut notatum est supra, Alexander III. ita respondit: Hoc arbitrarum agendum, ut si amodo in tali casu duxerint appellandum, eis in Ecclesia publicè interdicat, ne ante decisionem cause, aliud contrahant Matrimonium. Et, si contra interdictum Ecclesie publicè factum venire presumpserint, Matrimonium tam presumptiuè contractum poterit irritare. Ergo illa Glossa citans hanc Decretalem sentit, quòd Interdictum Iudicis, ne Matrimonium contrahatur, est Impedimentum dirimens ipsum Matrimonium. Secundo ita sentiebat Cardinalis Parisius, qui in libr. 4. cons. 59. numer. 35. respondit: Matrimonium secundum valere, est contractum pendente lite super primo, quia nulla præcessit Iudicis inhibitio: Ergo denotat per hæc verba, quòd si præcessisset Iudicis inhibitio, ipsius opinio, ac sensus erat, secundum Matrimonium fuisse irritum, & nullum. Tertio concors erat mens, & sensus Hieronymi Gigantis, in præterito sæculo eximii Advocati Veneti, qui in cons. 41. num. 4. consulens super secundo Matrimonio contracto per Nobilem Virum Petrum Maurocenum, pendente lite super primo, inito cum Nobili muliere Paula Lane, concludit, secundum Matrimonium non posse dici invalidum, quia inhibitio Illustrissimi Iudicis Patriarchæ Venetiarum fuerat intimata eidem Nobili Viro Maurocenò per duos dies postquam contracterat dictum secundum Matrimonium. Igitur à contrario inferit, quòd si inhibitio præcessisset contractum, ipsum irritum reddidisset, ac nullum, tanquam Impedimentum dirimens. Quartò hoc pariter docent Basilius Pontius de Matrim. lib. 6. cap. 7. atque Petrus Franciscus Tondut in tract. de Penitentibus cap. 75. num. 39. ubi citat, & sequitur eundem Pontium ita scribens: Verum quidem est, quòd absque discussione validitatis, vel invaliditatis Matrimonii, primo loco celebrati, procedi possit ad cassationem, & annullationem secundi in præiudicium litis pendentis contracti, quando præcessisset prohibitio cum decreto

irritante, ut probatur per textum in cap. Tua fraternalitas. De Sponsa duor. Et per alia Jura, quæ bene deducit Basilius Pontius de Matrim. lib. 6. cap. 7. num. 5. Et seqq. Et probat etiam Abbas in dicit. cap. Tua fraternalitas. Quotò facit doctrina doctissimi Caramuelis, qui in sua Theologia Fundam. num. 924. ait: Cum quid prohibetur, nimirum prohibentis dirimentis, & ex nullitate, prohibentur, annullanturque omnia, quæ necessario sequuntur ex illo. Deinde num. 938. loquens de prohibitione Matrimonii subdit: Ut rem intelligas adnotato; duas dari prohibitiones, alteram interdicentem, alteram annullantem. Hanc veritatem sepè debui notare, est enim validè necessaria; cuius, ut video, ignorantia, aut neglectu multi errores committuntur interdum. Porro ex actione interdicta, non semper quòd sequitur interdictum est. Ex nulla tamen semper est nullum. Prioris generis sunt multa Matrimonia illicita; sed valida. Posterioris, invalida, & illicita. Ergo sentit Auctor iste, Matrimonium esse irritum, & nullum, quando præcessit Iudicis prohibitio, ne fietur sub pena nullitatis; & per consequens Interdictum Iudicis Ecclesiasticum cum clausula irritante esse Impedimentum dirimens Matrimonium.

Ad argumenta verò contraria opinionis respondent, qui hanc affirmativam amplectuntur; quòd cap. 1. Et 2. De Matrim. contra Interd. Eccl. idèd determinat, Matrimonia illa contra interdictum prohibitorium non aderac clausula irritans, neque prohibitio facta fuerat sub pena nullitatis, undè, ut ait Caramuel, conjugia fuerunt illicita, undè, ut ait valida. Ad Tertium argumentum respondent, verum esse, quòd ad solum Papam, vel Generale Concilium spectat introducere nova impedimenta Matrimonium dirimentia, non autem ad Episcopos; at in casu litigij Matrimonialis, Iudex Ecclesiasticus interdicens, ac prohibens uni ex litigantibus, ne interim audeat conjugium inire cum alia persona sub pena nullitatis, non introducit novum impedimentum dirimens, à se excogitatum, seu inventum, sed obicit impedimentum à Summo Pontifice, & à Jure Canonico ordinatum, ac præscriptum in dicit. cap. Tua Fraternalitas. 4. De Spons. duor. Iudex enim est minister, ac executor Legis. Spero Decif. 105. num. 2. qui tenetur operari secundum ea, quæ per Legem scripta sunt. Rota coram Merlino Decif. 567. num. 59. & part. 16. recent. Decif. 273. num. 11. præcipue ubi agitur de resistendo malitiosis hominum. Decian. vol. 2. resp. 66. num. 10. Et vol. 3. resp. 128. num. 11. atque de obviando scandalis, quæ sunt inevitabilia, & quidem pessima ob odia, inimicitias, ac vindictas inter familias, quando contigerit inter duos inita esse Sponsalia, Sponsamque fuisse defloratam; & deinde Sponsus recuset sub frivolis pretextibus eam ducere in Uxorem, ad ejus honorem referendum, ut bene dicitur de prædicta Iudicis obligatione Scaccia de Iudicis lib. 2. cap. 2. n. 184. & ibi Nevizan. cons. 81. Ad Quartum respondent, Iudicis interdictum non dirigi principaliter, ac immediatè ad irritandum Matrimonii Sacramentum; sed ad annullandum contractum Matrimoniale; quo nullo evadente, in consequentiam Sacramentum Matrimonii, cui contractus ininitur, remanet invalidum. Idèd Iudex interdicendo sub pena nullitatis parti litiganti, ne cum alia persona conjugium ineat, inhabilitat eandem ad contractum inendum; & ex hac inhabilitate, si de facto contrahat, contractus est nullus, & Sacramentum est inane; quia corrupte fundamento, nempe, contractu, corrumpit & Sacramentum, ut demonstrat Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 4. num. 4. Averfa eod. tract. q. 10. sect. 2. Salmanticenses tract. 9. cap. 3. num. 43. & Mathrius in 4. sent. disp. 7. n. 340. & in sua Theologia Morali disp. 20. num. 88. advertens ex Scoto in 4. disp. 35. Chri-

19 Christum Dominum noluisse indicare Impedimenta Matrimonii neque impedientia tantum, neque dirimentia; sed facultatem ea indicendi reliquisse Ecclesie, ut ab eisdem Prelatis, ac Iudicibus juxta eisdem Ecclesie ordinationem adhibeantur, prout occasione tulerit, ad removenda scandala. Ad Quintum, in quo relati sunt plures Canonice, ac Theologi contrarium docentes, respondent, eos posse simul conciliari aliquas ex sequentibus distinctionibus, quas considerat Gonzales in Comment. ad cap. De muliere. De Matrimon. contra interd. Eccl. celebrato; videlicet: I. Quod qui affirmant, Interdictum Judicis dirimere, intelligendi sint, si inter litigantem, qui spernit interdictum, & tertiam personam, cum qua Matrimonium contrahit, existat aliquod aliud impedimentum dirimens, puta cognationis, affinitatis, aut alterius similis; Doctores vero, qui negant, loquuntur, ubi nullum aliud intercedit impedimentum. At hæc concordantia est penitus inutilis, quia Papa in d. cap. Tua fraternitas. De Sponsa duor. non distinguit, sed generaliter loquitur: ideo intellexit, & voluit, quod Interdictum dirimat Matrimonium, etiam si inter contrahentes in spretum illius nullum aliud sit Impedimentum dirimens; Lex enim generaliter loquens, generaliter est intelligenda. Barbosa Axiom. 136. Menoch. conf. 74. num. 21. II. Alii dicunt, quod qui negant vim dirimenti in Interdicto Judicis, intelligant de Interdicto sine clausula irritante; qui vero affirmant, loquuntur, ubi est clausula irritans; idcirco in primo casu versatur cap. 1. §. 2. De Matrimon. contr. Interd. Eccl. Celebr. in altero casu d. cap. Tua fraternitas. & cap. Contradicimus 35. q. 2. cap. Videtur nobis. 35. quest. 6. de quibus supra. Hæc concordantia bona est, & Legalis, quam amplectitur Basilius Pontius d. lib. 6. cap. 7. num. 5. III. Alii, inter quos Sanchez lib. 7. disp. 1. num. 9. & ibi per eum allegati, volunt, si Interdictum procedat a Papa, in eo esse vim dirimentis, secus si ab Episcopis, seu a Judicibus inferioribus relaxetur. De primo esse intelligendos DD. qui affirmant; de secundo eos, qui negant. Sed hæc concordantia discordat ad dicit. cap. Videtur nobis 35. quest. 6. & cap. Tua fraternitas. De Spons. duor. in quibus conceditur inferioribus Judicibus facultas interdicendi conjugia sub pena nullitatis. IV. Quare ultra prædictos modos dicendi, verus modus concordandi eosdem DD. ad hanc distinctionem reducitur; nempe, vel inter colligantes in causa Matrimoniali urget importantissimum cum alia persona contrahat, puta quia defloraverit Sponsam colligantem, quam nisi in Uxorem ducat, magna ei damna imminant; & scandala sint oritura; præcipue si personæ sint nobiles, ac forsitan suscepta sit proles, de cujus legitimitate facienda agatur, quæ fieri non possit, nisi cum illa conjugium ineat? & in hoc casu Interdictum Judicis cum decreto irritante factum colligantem defloratori est impedimentum dirimens, itaut si spretum Interdicto, contrahat Matrimonium cum alia persona, hoc sit irritum, nullum, & invalidum, & ut tale possit a Iudice declarari. Secus autem cessante urgenti motivo, & ubi non agitur de notabili alterius partis præjudicio, ac cessat timor scandalorum, hostilitatum, seu vindictarum, prout si lis esset inter egenos, ac plebejos. In hoc secundo casu loquuntur DD. negantes, interdictum Judicis dirimere Matrimonium; in primo vero casu intelligendi sunt affirmantes, quod dirimat, ut notat Abbas in d. cap. Tua fraternitas. in fin. De Sponsa duor. Jordanus lib. 3. tit. 7. num. 172. & Felinus in cap. 2. De Præscriptionib. num. 2. Vers. Decimo octavo.

Quapropter dicendum est, Interdictum judicis relaxatum cum decreto irritante, & sub pena nullitatis, ne colligans interim ineat conjugium cum ter-

tia persona, esse impedimentum dirimens, habens vim reddendi irritum, ac invalidum ipsum conjugium, quando Iudex illud relaxavit ob aliquam urgentissimam causam, qualis est præcedens defloratio Sponsæ nobilis, cum quo ortum est litigium; cuius honor aliter reparari non potest, nisi ipsam in Uxorem accipiat, præsertim si ex ea genuisset prolem; & talis casus, ac talis causa habetur expressa in cit. cap. Videtur nobis. 35. q. 6. in quo Celestinus Papa respondit, Matrimonium contra Interdictum Judicis celebratum esse invalidum declarandum; quia ibi Sponsa deflorata fuerat, & de prole suscepta bona educatione agebatur; & talis causa est illius qualitatis, quam requirit Glossa in dicit. cap. Tua fraternitas. Verb. Poteris irritare. De Sponsa duor. nempe quod sit perpetua; siquidem defloratio Sponsæ nobilis, nisi Sponsus eam in Uxorem accipiat, gignit perpetuas inimicitias, hostilitates, ac odia inter familias illustres; Tiraquell. in trakt. de Pænis num. 68. Giurba conf. 85. num. 19. Farinacius q. 125. num. 41. atque indefinens, ac perpetuum est præjudicium, quod patitur ipsa Sponsa nobilis deflorata; nam illud reparari non potest, nisi per Matrimonium cum ipsa per defloratorem incedum. Quare, tali urgentissima causa concurrente, poterit Iudex prohibere Sponso, ne aliam mulierem in Uxorem ducat sub pena nullitatis; & talis prohibitio erit impedimentum dirimens, itaut si ea sprete Matrimonium cum alia ineat, sit irritum, & nullum, & tanquam tale sit declarandum ab eodem Iudice, vigore Sacrorum Canonum in d. cap. Contradicimus. 35. qu. 2. §. 3. in cap. Videtur nobis. 35. q. 6. & in cap. Tua fraternitas. De Sponsa duor. & juxta probabilissimam opinionem Glossæ, ac Doctorum, quos supra num. 15. allegavimus.

Ex his multo magis resultat, nihil efficere potestati Judicis interdicendi sub pena nullitatis Matrimonium; (quando agitur de Sponsæ defloratione, ac de ejus honore reparando) Textus, & Canones Alexandri III. in sit. de Matrimon. contra Interd. Eccl. celebr. in quibus conceditur Matrimonium esse validum, non obstante Judicis Interdicto, ut confideratum fuit supra num. 3. & 4. Nam in illis canonibus, ultra quod supponitur, Interdictum fuisse sine clausula irritante, non agebatur de hac gravissima causa deflorationis Sponsæ, & de perpetuo ejus præjudicio ob amissum honorem; nec de scandalis irruentibus ob inimicitias, & odia inter familias; siquidem ex lectura eorundem Canonum constat, quod ipse Sponsæ colligantem, spretum interdicto, aliis viris nupsertunt. Igitur cum causa interdicendi illa Matrimonia non esset urgens, gravis, ac perpetua, merito non fuerunt invalida, sed illicita tantum; cessante enim causa, cessat effectus. cap. Cum cessante. De Appellat. l. Si pater. ff. De Hered. Instit. Barbosa Axiom. 40. nu. 4. Hæc de Impedimento dirimente ex Interdicto Judicis in Ecclesia Latina.

In Ecclesia Græca aliud est Impedimentum dirimens, nempe si Matrimonium quoto loco contrahatur, id est, si quis defuncta prima, secunda, ac tertia Uxore, quartam ducere velit; aut si mulier, tribus prioribus successivis maritis morte extinctis, quarto nubere tentet; hoc enim apud Græcos non solum est illicitum, sed etiam invalidum; ut testatur Illustrissimus Nicolaus Comnenus Abbas Papadopolli, (in hac nostra Academia Patavina Sacrorum Canonum Interpretes, Splendor, ac decus ejusdem, ob incomparabilem in legendo, ac scribendo ipsius eruditionem) in suis Prænotionibus Mystagogicis Respons. 2. sect. 2. sub num. 12. his verbis: Matrimonium penes Nostros tamen quævis initium nullum erit, ut Græcis notissimum est; & allegat sic docentes Arcudium lib. 7. cap. 27. 28. 29. & Goarium ad cap. De Bigamis in Eucolog. not. 4. Hoc impedimentum dirime-

mere censent ex auctoritate Sedis Apostolicæ, quæ sic indulsit severitati morum Græcorum; hi enim pudicitia, ac continentia valde adicti indignum putant ultra tres veces conjugia iterare. At heus prohibitionis cum nullus Canon Apostolicus, seu Conciliaris reperiatur, dicendum potius videtur à consuetudine longæva, ac universalis inter Græcos hoc impedimentum dirimens esse statutum; juxta ea, quæ scripsimus supra Decif. XVIII. de vi consuetudinis in impedimentis dirimentibus inducendis. Cæterum in Ecclesia Latina non admittitur tale impedimentum, in ea enim Matrimonium ex libito centies iterari potest, dicente S. Hieronymo in Apologia ad Pammacium pro libro advers. Jovinian. Non damno Bigamos, imò & Trigamos, & si dici potest, Oligamos. Et Eugenio IV. in concordia Armenorum Consist. 29. Incivien. Exultate Deo, §. 9. deficiente, quod quatuor Sacramenta, quæ characterem non imprimunt, nempe Eucharistia, Penitentia, Extrema Unctio, ac Matrimonium, reiterationem admittunt.

DECISIO XXXVII.
ARGUMENTUM.

Explicantur duodecim Impedimenta, quæ impediunt, sed non dirimunt Matrimonium. Eorum prima quinque in Religione Christiana obsequium; alia septem in penam gravissimum criminum introducta fuisse ostenditur. Plura dubia circa eorum intelligentiam, obligationem, ac dispensationem à Doctoribus excitata, & scitu omnino necessaria, resolvuntur.

SUMMARIUM.

- 1 Impedimenta impedientia tantum alia ex delicto, alia non.
- 2 Interdictum Judicis impedit Matrimonium.
- 3 Et quando etiam dirimit?
- 4 Adventus, ac Quadragesime tempore Matrimonia non contrahuntur.
- 5 Diei naturalis varie computationes.
- 6 Natus in meo ante Adventum, & Quadragesimam incipit prohibitio Nuptiarum. Et cessat in media nocte post.
- 7 Calendarii Patavini declaratio.
- 8 Mensi Apostolicus, & Mensi Ordinarius quæ bona incipiat?
- 9 Dies Ecclesiasticus incipit in Vesperis.
- 10 Dies Civilis modo brevior, modo longior.
- 11 Parochus Adventus tempore, vel Quadragesime ac assidue possit Matrimoniorum celebrationi? & num. 13.
- 12 Solemnitates Nuptiarum quænam sint prohibita in Adventu, & Quadragesima?
- 14 Catechismi Impedimentum quale sit? & an nunc duret?
- 15 Sponsalia cum uno inita impediunt Matrimonia cum alio.
- 16 Votum simplex Castitatis cur, quomodo, & quando impediunt Matrimonium?
- 17 Votum castitatis habens an inscio altero conjugis, possit ei nubere, cum animo ingrediendi Religionem?
- 18 Votum castitatis emissum post Sponsalia an ea solvat?
- 19 Incessus quomodo, & quando impediunt Matrimonium?
- 20 Sponsus incessum committens contrahit Impedimenta duo. Et quæ. De Sacram. Matrim.

- 21 Incessus ob copulum cum consanguineis incestuosus an impediunt Matrimonium?
- 22 Incessus commissus post mortem conjugis, an impediunt?
- 23 Incessus occultus an in conscientia impediunt?
- 24 Raptus Sponsæ aliena repellit Raptores à quocumque Matrimonio.
- 25 Uxoricitium ab iram impedit Matrimonium: ut contrahat cum alia, dirimit.
- 26 Uxorem in adulterio deprehenam non licet occidere.
- 27 Viricidium an impediunt Matrimonium?
- 28 Susceptio propriæ Proli in Baptismo, seu Consecratione causat Impedimentum impediens.
- 29 Presbyteri occisor nuptias inire non valet.
- 30 Penitentia Publica impediunt contrahere Matrimonium.
- 31 Monalem qui ducit in uxorem repellitur ab omni conjugio.
- 32 Crimina impedientia Matrimonium an privent Matrim. Jure petendi debitum?
- 33 Impedimenta impedientia tantum an hodie sint in usu?
- 34 Dispensare quis possit in Impedimentis impedientibus?
- 35 Votum castitatis quando possit ab Episcopo dispensari?

POST explicationem omnium Impedimentorum dirimentium Matrimonia, opus est, ut ex profecto agamus etiam de illis, quæ impediunt tantummodo; licet enim summam ea reulerimus supra Decif. XVIII. num. 11. nihilominus hic fuse veniunt examinanda, sunt enim scitu necessaria; siquidem etsi Matrimonium non reddat irritum, & nullum, tamen faciunt ipsum illicitum, & qui contrahunt cum aliquo ex impedimentis impedientibus tantum, peccant mortaliter ex magis communi, & approbata Theologorum Sententia, de qua infra numer. 33. ut docent, ac tenent Rebelus lib. 3. q. 18. Eminent. Card. Toletus lib. 7. cap. 19. Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Matrimon. disput. 36. q. 2. num. 280. & segg. & Maltrius in 4. sent. disp. 7. num. 366. Igitur sciendum, quod Impedimenta, quæ impediunt, sed non dirimunt, sunt in duplici differentia; etenim alia sunt, quæ non proveniunt ex delicto, alia verò quæ ex delicto proveniunt: Prima sunt quinque, & continentur in his versibus.

Ecclesie vetitum, nec non tempus frivatum, Atque Catechismus, Sponsalia, iungito Votum, Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Primum Impedimentum vocatur Ecclesie vetitum; & est prohibitio, quam facit Episcopus seu eius Vicarius, aut alius Officialis, vel Iudex ab Episcopo, vel à Papa deputatus, ne Matrimonium contrahatur pro tali tempore; puta donec lis introducta super validitate Sponsalium terminetur; vel si dubium sit, an aliquod impedimentum inter contrahentes vigeat? veritas reperiatur; sive si aliquis ex consanguineis, vel affinis reclamet contra tale conjugium, forsân ob disparem conditionem Sponsorum, & periculum sit aliquis scandalus, Episcopus præcipit supersederi, nec deveniri ad contractum, ut interim qui contradicit, placari possit, ac suaderi, ne ulterius se opponat. Hæc itaque prohibitio est impedimentum impediens, quia durante, non licet Matrimonium celebrare absque periculo, quamvis si de facto celebretur, conjugium sit validum, ac gravibus penis contrahentes sint peccandi cap. 1. De Matrim. contrao contra Interd. Eccl. Quam prohibitionem impedire tantummodo, & non dirimere intelligendum est, si facta fuerit absque decreto irritante, & sine clausula sub pena nullitatis, urgente aliquo gravissimo motivo scandalorum, vel concurrente causa perpetui præjudicii, vel damni, vel

velut si Sponsa, quam Sponsus detrahit in Uxorē ducere, esset nobilis, & ab eo fuisset desolata, seu prolem ab ea suscepisset, ut differimus supra in *proced. Decif. XXXVI.* per *text. in cap. Videtur nobis. 35. q. 6. c. in cap. Tua fraternitas. 4. de Sponsa duor.* Siquidem ubi causae urgentes sunt, & prohibetur, Matrimonium fieri sub poena nullitatis; si fiat, est irritum, & nullum ut in *dd. text.* Quod si prohibito fiat ab Episcopo, seu etiam à Parocho ob venerationem alicujus solemnitatē, vel diei jejuniū, publicarum Orationum, vel alterius motivi ex pietate; contrahere contra illam non esse peccatum opinatur Sanchez *de Matrim. lib. 7. disp. 15. num. 4.* Basilius Pontius *cod. trañ. lib. 6. cap. 7. n. 8.* & Salmanticenses *trañ. 9. cap. 13. num. 1.*

Secundum Impedimentum impediens est *Tempus feriatum*, videlicet tempus Adventus, ac tempus Quadragesimae, quibus temporibus duratibus prohibito est ab Ecclesia contrahere Matrimonia, ad hoc ut fideles jejuniis, & orationibus possint se praeparare ad devotè communicandum, ut docent S. Thomas in *4. dist. 32. q. Unica. art. 5.* & ibidem S. Bonaventura *art. 4. q. 1.* Sponsi autem, qui per verba de praesenti in Adventu, vel Quadragesima Matrimonium contrahunt, difficillimè se applicent adhibus jejuniarum, ac penitentiarum, ut observant Sanchez *d. lib. 7. disp. 7. num. 1.* & Emin. Card. de Lauræa *d. disp. 36. num. 8.*

Porro circa hoc tempus Feriatum duae sunt examinandae, ac resolvendae Quaestiones. Una est, Qua hora incipiat prohibitio Nuptiarum, adveniente Adventu, vel Quadragesima? Et qua hora cesset eadem prohibitio, Adventu, ac Quadragesima recedentibus? Pro resolutione scire oportet, quod dies naturalis (qui simul cum nocte expletur spatio viginti quatuor horarum) variè à variis populis computatur. Persae sunt ut diei principium ab ortu Solis, & durare faciunt usque ad subsequenter Solis ortum. Athenienses, ac Marcomani ab occasu Solis usque ad alium occasum. Galli, Hispani, & serè omnes Germani ab uno meridie usque ad alium meridiem, ut ex Aulo Gellio, Tiraquello, ac aliis ostendit Antonellus *de Tempore Legal. lib. 1. cap. 3. num. 30.* At secundum morem Romanum, quo utitur Ecclesia Catholica respectu jejuniarum, ac festivitatum, dies naturalis incipit à media nocte praecedente, & finitur media nocte subsequente. *I. More Romano.* ubi Glossa, & DD. *de Ferijs.* Dectus in *cap. Consuluit. numer. 40. De Offic. Deleg. Riccius in praxi part. 4. resol. 568.* & tali pacto est computandus dies pro non celebrandis, vel celebrandis Matrimoniis, adveniente, vel recedente Adventu Domini, & Quadragesima, videlicet à media nocte ante primam Dominicam Adventus, quia tunc incipit prohibitio, usque ad mediam noctem post festum Epiphaniae, in qua eadem cessat: & à media nocte ante festum 4. Cinerum, usque ad mediam noctem post Dominicam in Albis; & juxta hanc praerogationem temporis veteri incipientis, ac desinentis in medietate noctis intelligendum est Calendarium Patavinum, quando dicit: *Hodie in sera clauduntur Nuptiae; & Hodie in mane aperiuntur Nuptiae*, nempe *ly in sera*, idest in media nocte subsequente, & *ly in mane* in media nocte antecedente, juxta computationem diei naturalis more Romano jam dicto; verba enim sunt semper accipiendum secundum terminos habiles, ac juxta dispositionem Juris. Rota *coram Durano Decif. 228. num. 9.* & Barbosa in *Votis Decif. lib. 3. vot. 97. num. 76.* Nec est omitendum, quod juxta hanc computationem diei naturalis à media nocte ante, usque ad mediam noctem subsequenter incipiunt Menses Apostolici, & Menses Ordinarii, pro conferendis beneficiis, quae vacant vel in fine, vel in principio Mensis, ubi Episcopi habent alternativam cum A-

postolica Sede, ut differit Gonzalez ad *Regul. 8. Cancellar. glossa 11. num. 9. c. 10. Jordanus lib. 10. tit. 12. num. 43.* & Antonellus *de Tempore Legal. lib. 1. cap. 3. num. 28.* Est tamen verum, quod dies Ecclesiasticus pro mutatione officii, seu Horarum Canoniarum, atque pro recipiendis Indulgentiis in visitatione Ecclesiae aliquo die festo, incipit, ac numeratur à primis Vesperis diei antecedentis, & durat usque ad Vesperas diei subsequenter, quarum nomine venit tota dies usque ad occasum Solis. *cap. 1. Extr. de Ferijs. Clem. 1. in fin. de Reliq. c. Vener. Sancti.* Antonellus *d. lib. 1. cap. 3. num. 21. c. 38.* ubi ulterius notat, quod dies civilis habet suam propriam numerationem, nempe ab ortu Solis, usque ad occasum, exclusa nocte; ideoque aliquando est longior, aliquando est brevior, juxta varietatem signorum, quae Sol scandit in Zodiaco, attendendo; vel descendendo, ut latè tradunt Ludovicus Passeronus *de Sphaera Artific. ac Natur. cap. 8.* & D. Guarinus de Guarinis Clericus Regularis in *Compendio Sphaera caelestis cap. 6.*

Alterà difficultas est, an Parochus, tempore Adventus, & Quadragesimae, possit assistere Matrimoniis absque licentia, seu dispensatione Episcopali, omiſſa Sponsorum benedictione? Pro resolutione difficultatis sciendum est, Theologos morales communiter dicere, tempore feriato, idest in Adventu, & in Quadragesima, prohibitas esse ab Ecclesia solemnitates Nuptiarum, non etiam ipſae Nuptiae, Sanchez *d. lib. 7. disp. 7. num. 12.* ubi DD. qui appellacione solemnitatum intelligunt non convivia, cantus, choreas, traductionem Sponsae de domo paterna ad domum Sponsi cum pompa, ut antiquitus erat in usu; de quibus pompis, ac solemnitatibus fusè agit Sherlogus in *Cantic. tom. 1. Anteloz. 3. lib. 3. a numer. 86. c. seq. ubi Historia, ac eruditiones plures: tum benedictionem à Missali Romano, in Missa pro Sponsis, ac Sponsa praescriptam, quam Parochus Sacrificiū celebrans bis conversus ad Sponsos adstantes, super eis effundit. Igitur quaeritur, An his solemnitatibus sacris, ac profanis omiſſis licitum sit Parocho assistere Matrimoniis in Adventu, ac Quadragesima absque Episcopali licentia? Et respondetur Negativè, si contraria sit consuetudo Diocesis, vel id vident Synodales Constitutiones, Sanchez *d. lib. 7. disp. 7. num. 13.* Bonacina *de Matrim. q. 3. punct. 14. num. 4.* & Pax Jordanus *lib. 3. tit. 7. numer. 135.* Ratio est manifestà, quia tam Synodus Diocesana, quam consuetudo Diocesis habent vim legis, *cap. fin. de consuetudin. & derogant cap. Cappellanus. De Ferijs,* ac Rituali Romano dicentibus, Matrimonium quocumque tempore celebrari posse. Eminent. Card. de Lauræa *d. disp. 36. numer. 51. c. 55.* Propterea, si Parochus absque licentia Episcopali assistere Matrimoniis in hac Diocesi Patavina, tempore Adventus, vel Quadragesimae, in qua contraria est consuetudo, peccaret mortaliter. Fagnanus in *cap. Si quis. num. 42. De Regular. tom. 5. & effect. de Jure punibilibus.* Bellertus *de Panis Cleric. part. 2. p. 53. num. 4.* prout punctus fuit quidam Archipresbyter, qui ausus fuit in Quadragesima conjugere in Matrimonio Sponsos, absque mea licentia, dum essem Vicarius Generalis.*

Tertium Impedimentum impediens tantum vocatur *Catechismus*. Est autem Catechismus instructio fidei, quae fit ante januam Ecclesiae super baptizando, per Parochi baptizantis interrogationes, quibus respondet Patrinus, tenens ad ipsam januam puerum baptizandum; & per hanc Sacram caeremoniam Patrinus de Jure antiquo contrahebat quamdam Spiritualem Cognationem cum baptizato, ac ejus parentibus, quae cum illis impediatur Matrimonium, *cap. Contrañ. De Cognat. Spirit. c. 2. cod. tit. in 6.* & dicebatur Impedimentum impediens Catechismi. Modò disputant Theologi, an post Concilium

Tridentinum hoc Impedimentum sit ab eo sublatum? vel adhuc duret? & adhuc durare asserunt Palaus, Ugolinus, Navarrus, Vega, & alii, quos sequitur Emin. Card. de Lauræa *d. disp. 36. toto art. 2.* ubi acutissimis rationibus conatur probare, hoc *Catechismi* Impedimentum non esse à Concilio Tridentino sublatum; sed durare, & impedire conjugium inter illas personas, inter quas contrahitur Cognatio Spiritualis Matrimonium dirimens per susceptionem baptizati de fonte. Contrarium tamen docent communiter DD. affirmantes, à Concilio Tridentino hoc Impedimentum Catechismi esse sublatum, ea ratione quae in *sess. 24. de ref. Matrim. cap. 2.* cum restrinxisset Cognationem Spiritualem ad Baptizantem, Patrem, & Matrem baptizati, ipsi quae baptizatum, ac Patrinus designatos eum de fonte levantes; idemque statuisse pro Sacramento Confirmationis, subdit: *omnibus inter alias personas hujus Spiritualis Cognationis impedimentis omnino sublati.* Ergo etiam istud Catechismi, ut ajunt DD. quos citat, & sequitur Sanchez *d. lib. 7. disp. 10. num. 12.* quibus adherent Salmanticenses, alios etiam moderniores allegantes *d. trañ. 9. cap. 13. num. 3.* Averſa *de Matrim. quest. 10. sess. 3. in fine.* Basilius Pontius *d. lib. 6. cap. 11. ubi num. 3.* ponit declarationem Sacrae Congregationis ex Farinacio desumptam, quam in libris originalibus vidè testatur Nicolius in *Lucubra. Civilib. lib. 1. tit. 10. num. 37. c. 76. in fine.* & hoc idem novissime docet Maffrius *d. disp. 7. num. 350.* addens, non esse necessarium super hoc Impedimento Catechismi petere dispensationem sive à Papa, sive ab Episcopo, quia ex universalis consuetudine non est amplius in usu, & censetur verè à Tridentino Concilio sublatum.

Quartum Impedimentum impediens, sunt *Sponsalia* cum altera persona prius contracta. Idcirco qui uni sponndit, non potest cum alio Matrimonium contrahere, quia est contra fidelitatem, & contra iustitiam, rem uni promissam alteri tradere: idcirco qui spreis primis Sponsalibus cum alio Matrimonium contrahit, illicitè agit, & mortaliter peccat, quamvis validus sit contractus. Durat autem hoc Impedimentum, donec Sponsalia priora dissolvantur vel per consensum illius, cum quo fuerunt inita; sive per aliquam ex causis, per nos supra relatis in *Decif. XVII.* nec aliud suggerunt DD. circa hoc Impedimentum, ut ajunt Salmanticenses *d. trañ. cap. 13. num. 4.* & Maffrius *d. disp. 7. numer. 356.*

Quintum Impedimentum impediens est *Verum simplex castitatis*, quod qui emittit, non potest licitè contrahere Matrimonium. *cap. Si quis votum. 27. qu. 1. cap. Unico. De Voto in 6. ea ratione, quia Matrimonium repugnat adimpletionis hujusmodi Voti; & qui eo adstrictus Matrimonium contrahit, graviter peccat, nec licitè potest petere debitum, quamvis reddere teneatur.* S. Thomas in *4. dist. 38. q. 1. art. 3.* Maffrius *d. disp. 7. num. 351.* Ceterum circa hoc Impedimentum tria dubia à DD. exagitantur. Unum est, an qui fecit Votum simplex perpetuae castitatis, possit absque peccato nubere, animo tamen non consummandi Matrimonium? & communis responsio est, quod possit, consentiente tamen altero Sponso, prius de praedicta Voti obligatione certificato. Ita Maffrius *d. disp. 6. num. 352.* ubi ait, ita fecisse Sanctissimum DEIPARAM, ac Sandum JOSEPH, ut nos probavimus supra *Decif. 3. num. 21.* Alterum dubium est, An quis possit vivere Castitatem, deinde contrahere Matrimonium animo non consummandi, sed infra bimestre ingrediendi Religionem? Ad hoc respondit DD. quod licet hic non peccet contra Votum, peccat tamen contra iustitiam, si incipio Sponso de sua intentione contrahat; facit enim ei injuriam, & ponit in necessitate expectandi non solum per bimestre *De Sacram. Matrim.*

antequam ingrediatur Religionem, sed per annum, & ultra antequam in ea proficiatur; ex qua dilacione ei evenire possunt multa incommoda; quare dicendum est illicitum esse hoc modo inire conjugium: sed esse, idest illius contractum, aperienda omnia alteri Sponso, ut deliberet, an velit, vel non, cum habeat tale votum, ac talem obligationem contrahere. Ita Averſa *d. q. 10. sess. 4.* & Maffrius *d. disp. 7. num. 353. c. 354.* Tertium dubium est, An votum castitatis simplex impediatur Matrimonium, etiam si emittit sit post contracta Sponsalia? Discordes sunt in responſione DD. Nam alii volunt, votum post Sponsalia emissum illa non solvere, sed teneri Sponsum voventem petere dispensationem, & adimplere Sponsalia. Alii è contra tenent, Sponsalia solvi, & voventem Sponsum teneri adimplere votum, quia est de meliori bono. Ita Averſa *d. q. 10. sess. 4.* Maffrius *d. disp. 7. numer. 304.* Et Eminentiss. Cardin. de Lauræa *d. disp. 36. art. 3. p. 2. c. 3. p. 3.* ubi hoc idem esse à vovente faciendum affirmat, etiam si Sponsam desolaverat; quamvis in hoc casu Averſa *d. q. 10. sess. 4.* dissentiat, putans, teneri, ad reparandum honorem Sponsae, petere dispensationem voti, & cum illa Matrimonium contrahere, sed de hoc dubio videatur quae à nobis dicta sunt supra in *d. Decif. XVII. num. 16.* Et haec de Impedimentis Impediens, quae sine delicto, & à solo Jure proveniunt.

Impedienda verò Impedienda, quae oriuntur ex delicto, sunt septem, & in his veribus continentur: *Incestus, Rapus Sponsatae, Mors Mulieris, Susceptus proprie sibilis, Mors Presbyteralis, Vel si paniteat solemniter, aut Monialium Accipiat: prohibent haec Conjugium sociandum.* Haec omnia appellatur crimina, quae reddunt inhabilem ea committentem ad quocumque Matrimonium de cetero contrahendum in poenam gravissimè injuriarum, quam intulit Sacramento Matrimonii, dum unum aliquod ex istis criminibus perpetravit; ut constat ex sequentibus eorumdem explanationibus.

Incestus itaque est Impedimentum impediens; & per tale crimen intelligitur Fornicatio cum Affine in gradu prohibito; scilicet quando Vir habet copulam cum consanguinea Uxoris suae usque ad quartum gradum: vel è contra Uxor copulam habuit cum consanguineo Viri sui, pariter usque ad quartum gradum; talis enim copula incestuosa facit Impedimentum impediens, adeo ut Vir post mortem Uxoris non possit amplius contrahere Matrimonium cum alia quacunque; & è contra neque Uxor cum quocumque, si ipsa commisit incestum, dummodo tamen scienter, ac spontè illud commiserit. *cap. 1. c. cap. Transmissa de eo, qui cognov. consanguin. Uxor. Sanchez lib. 7. disp. 15.* Maffrius *disp. 7. num. 357.* Eminent. Cardin. de Lauræa *d. disp. 36. num. 216. c. 217.* ubi plures Canones allegat; & Salmanticenses *d. trañ. 9. de Matrim. cap. 13. num. 6.* qui advertunt, quod hodie hoc Impedimentum non extenditur ultra secundum gradum, quia usque ad illum restricta est Affinitas ex illicita copula à Concilio Tridentino *sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 4.* & ob eandem rationem Sanchez *d. lib. 7. disp. 15. num. 5.* opinatur, quod incestus commissus à Sponso per copulam illicitam cum consanguinea Sponsae suae de futuro, non causet hoc Impedimentum impediens in eodem Sponso, nisi incestus sit in primo gradu, quia ex Concilio Tridentino Publica Honestas proveniens ex Sponsalibus de futuro non extenditur ultra primum gradum.

Haec autem dicta ita intelligenda sunt, ut ex incestu praedicto non infurget hoc crimen Incestus impediens tantum, ne Sponsus incestuosus possit cum alia quacunque muliere novas Nuptias inire; non autem

autem ut possit ducere in Uxorem Sponsam suam de futuro post commissum incestum cum consanguinea ejusdem. Sponsa extra primum gradum; quia si habuerit copulam illicitam cum predicta Sponse sue consanguinea in secundo gradu, ex tali copula insurgit impedimentum Affinitatis, quod dirimit Matrimonium; & ideo absque dispensatione non potest amplius ducere in Uxorem per Verba de presententi Sponsam ipsam, cum qua contraxerat Sponsalia de futuro, ut late docuimus in Decif. XXXI. a num. 11. & seqq. & sic ex incestu duo proveniunt Impedimenta: Unum dirimens ob Affinitatem, si nondum Matrimonium sit initum per Verba de presententi; vel si jam sit initum, ut incestuosus non possit petere debitum: Aliud impediens tantum, nempe crimen istud incestus, de quo agimus; a quo inhabilitatur incestuosus ad quodcumque conjugium cum quavis alia muliere licite contrahendum. Ratio est, quia peccavit graviter contra Matrimonium, fornicando cum consanguinea Uxoris vel Sponse sue; & in penam hujus peccati, repellitur deinceps, tamquam indignus, a Sacramento Matrimonii. Eminent. Card. de Lauræa d. disp. 36. art. 4. & Matritius d. disp. 7. num. 357. Dubia autem tria pariter promovent DD. circa hoc incestus Impedimentum. Unum est, an oriatur, si Maritus ipsum committat non cum consanguineis Uxoris suæ, sed cum mulieribus consanguineis sui ipsius? Et magis communis responsio est negativa; quia licet sit grave peccatum, non est tamen adeo injuriosum alteri conjugii, prout est, rem carnalem habere cum consanguineis ejusdem conjugis. Ita Armilla Verb. Matrimonium. numer. 57. Candidus Disquisit. 28. art. 16. dub. 1. & alii apud Salmanticenses d. cap. 13. num. 7. & apud Matritium, quibus & ipse adhæret d. disp. 7. num. 357. Contrarium tamen mordicus tenet Basilius Pontius lib. 6. cap. 13. & Eminentiss. Card. de Lauræa d. disp. 36. a num. 224. & seqq. ubi Canones citat, quibus nulla dari potest contraria responsio; nam expresse prohibent, incestuosos, qui poluerunt proprias consanguineas suas, posse amplius contrahere Matrimonia. Alterum dubium est, an hoc Impedimentum criminis Incestus impediens insurgat, si commissum sit, non vivente conjugio; sed post ejus mortem? Et pariter DD. communiter respondent negative, quia cessante Matrimonio per mortem conjugis, cessat injuria ejus, ac Sacramenti. Salmanticenses, qui alios DD. citant d. cap. 13. num. 7. Sed contrarium tenent alii plurimi, quos allegat Matritius d. n. 357. quibus adimplatur Eminent. Cardin. de Lauræa d. disp. 36. a num. 235. & seqq. ubi Jura, & rationes ponit pro sua affirmativa opinione. Pro concordia harum opinionum dicerem, quod de Jure antiquo, quando disciplina Ecclesiastica vigeat, & incestuosæ carnalitates debita severitate puniebantur, incestus commissus etiam post mortem conjugis faciebat incestuosum indignum Matrimonio; ac novissimis temporibus, in quibus Prælati Ecclesiarum parum, aut nihil curant de delictis carnis, etsi gravissimis, cessat hoc Impedimentum. Tertium dubium est, Utrum oriatur huiusmodi Impedimentum, si incestus sit occultus? Quod est dicere, An obliget in foro poli? Plurimi negant, per textum in Concil. Lateranens. 3. tit. De eo, qui consanguineam &c. cap. 1. Sed constanter affirmat Eminent. Card. de Lauræa d. disp. 36. num. 239. & seqq. usque ad num. 245. ubi allegat Glossam sic tenentem in cap. Qui dormierit. Verb. Nequam. 32. quest. 7. & textum Concilii Lateranensis respondet, ibi nominari incestum publicum quo ad alias penas incestuosus infligendas, non quo ad eos repellendos a novo contractu Matrimoniali. Raptus Sponse alterius est crimen, ex quo pariter provenit Impedimentum impediens; nam in pe-

nam hujus facinoris Raptor prohibetur Matrimonium contrahere cum quacumque alia muliere cap. Statutum 27. qu. 2. & ibi DD. à Barboza collecti. 24 Sanchez d. lib. 7. disp. 12. num. 43. & nos diximus supra Decif. XXXIII. num. 8. ubi hanc rationem notavimus, videlicet: ut qui alienum Matrimonium perturbare ausus fuit, jure contrahendi proprium Matrimonium privetur, & in eo, in quo deliquit, puniatur. Utrum autem Raptus hoc Impedimentum generans debeat esse de Uxorata, vel de Desponsata tantum per verba de futuro? Etsi de Uxorata tantum asserat Sanchez d. disp. 12. num. 45. nos d. num. 8. verius esse diximus, si rapta sit etiam Sponsa de futuro, quia supradictus textus in cap. Statutum. 27. qu. 2. nominat Sponsam in genere, & in utroque casu inferitur gravissima injuria Sponso ipsius. Uxoriciidium quoque est crimen producens impedimentum impediens, quando scilicet Maritus ob iram, dissensionem, ac alteraciones cum sua Uxore, eam occidit; in penam enim tanti flagitii, prohibitus est amplius contrahere. cap. Interfecto. 25 res. cap. Admonere. cap. Quicumque. 32. quest. 2. Unde Lector studiosus advertere debet, hoc crimen Uxoriciidii studiosius tantum esse diversum à crimine dirimente, quod oritur per occasionem propriae Uxoris, ad effectum contrahendi cum altera; istud enim Uxoriciidium non fit ad hunc finem, sed ex ira, vel indignatione tantum. Salmanticenses d. cap. 13. de Matrim. num. 9. At petet aliquis, quid Juris, si Maritus occidat Uxorem deprehensam in adulterio? Respondetur, affici hoc impedimento impediens, quia ei non licet propria auctoritate Uxorem adulteram occidere; sed eam Judici deferre, 26 ad quo si servatis servandis morte plectatur, non insurgit hoc impedimentum. Sanchez d. lib. 7. disp. 16. num. 2. Basilius Pontius d. lib. 6. cap. 14. num. 2. & Salmanticenses eod. cap. 13. numer. 9. At quid Juris, si Uxor occidat Maritum? Ex ejus Uxoriciidio eritne ipsa prohibita in perpetuum alteri nubere? Negat Sanchez d. disp. 16. num. 6. & alii DD. quos citant, & approbant Salmanticenses d. cap. 13. num. 9. in fine, ea ratione, quia hoc impedimentum statutum est à Jure Canonico ad reprimendam audaciam Maritorum, que non reperitur in Uxoribus de sui natura timidis, & minimè affuetis talia facinorosa perpetrare. Contrarium tamen docet Emin. Card. de Lauræa d. disp. 36. num. 252. & seqq. per textum in cap. 1. De Divortio, in quo expresse dicitur, quod ipsa Uxor, que vitæ mariti sui fuerat infidiatrix, penitentia, absque spe conjugii, sicut subjicitur. Susceptio proprie sobolis in Sacramento Baptismi, seu Confirmationis parit impedimentum impediens; eo quia qui absque necessitate tenet ad fontem, & suscipit, dum baptizatur, sive confirmatur proprius filius, contrahit cognitionem spirituales cum suo conjugio, à quo amplius petere debitum maritale non potest; cumque id censatur facere ad injuriam inurendam Sacramento Matrimonii, eo in perpetuum carere vel Ecclesia in penam huiusmodi irreverentia, ut legitur in cap. De eo. 30. quest. 1. ubi relato hoc casu susceptionis proprie prolis ad fontem, sic est statutum: Si preparator conjugii susceperit, acerrima Penitentia multatur, & sine spe conjugii maneat. Hoc idem docet Glossa ibidem; Salmanticenses d. cap. 13. num. 10. & Eminentiss. Card. de Lauræa d. disp. 36. num. 270. Mori Presbyteralis, idest occisio Presbyteri impedit Sacilegum occidere, non possit Matrimonium contrahere in penam hujus gravissimi facinoris, quando tamen de eo est convictus. cap. 2. de Penitentia. & Remission. ubi sic: Qui Presbyterum occiderit &c. convictus usque ad ultimum vitæ sue militie cingulo careat; & absque spe conjugii maneat. Quod latius

latius explicant Glossa ibidem. Sanchez d. lib. 7. disp. 16. num. 9. Matritius d. disp. 9. num. 360. & Emin. Card. de Lauræa disp. 36. num. 255. Penitentia solenniter pariter causabat Impedimentum, quod impediabat, ne penitens Matrimonium contraheret, tum in penam criminum, quorum causa publicè penitebatur, tum ob incongruentiam Status penitentialis, qui erat lacrymosus, cum Nuptiis, ac conjugii, quæ statum lætitiæ præferunt. cap. De his verbis. cap. Admonere. cap. In adolescentia. & in cap. Si quis cum duobus. 33. quest. 2. De hoc impedimento præter Sanchezium d. lib. 7. disp. 16. Matritium d. disp. 7. num. 361. & Emin. Card. de Lauræa d. disp. 36. a num. 259. & seqq. late differit Morinus De Administr. Sacram. Penit. lib. 5. cap. 21. & c. 22. ubi de Publicarum Penitentiarum usu usque ad seculum duodecimum. Monalem tandem professam si quis præsumat in Uxorem sibi copulare, præter alias penas, quibus coercetur, etiam fit futuri conjugii cum quacumque 31 alia muliere privatur. cap. Hi ergo. 27. quest. 1. cuius hæc sunt verba: Hi ergo, qui Salmanticenses scienter Matrimonium, ad irritum Christi, copulati sunt; iuxta consuetudinem Christi, copulati nunquam eis concedatur conjugali vinculo colligari. Rationem hujus impedimenti impediens reddit Aversa de Matrim. quest. 10. scilicet, 5. Verum septimum criminis ita scribens: Et merito, quia hoc contrahens delinquebat in Matrimonio carnale, tentans quod non poterat; & in Matrimonio spirituale, volens sibi usurpare Sponsam Christi. Deo dicatur. Deinde advertit, hoc impedimentum afficere etiam Mulierem Laicam, quæ ausa esset nubere scienter Viro Religioso, quod quoque notat Matritius d. disp. 7. num. 363. Ceterum etiam circa hæc septem recensita Impedimenta, ex crimine provenientia, ac impedientia Matrimonium, dubia tria excitant Theologi, à studio Lectore non ignoranda. Unum est, Utrum conjugatus privetur iure petendi debitum, si aliquod ex supradictis criminibus committat, prout privatur petere inquit Matrimonium, si non esset conjugatus? Respondent DD. negative, præterquam in duobus, nempe in Voto castitatis, & in Incestu; hæc enim duo impedimenta impediens si conjugatus afficiant, cum Jure petendi debitum privant. Salmanticenses d. cap. 13. n. 14. & ibi textus in cap. 1. De eo, qui cognovit consanguin. subdunt tamen, quod quamvis petere non possit, nisi dispensetur, reddere tamen est obligatus. In reliquis vero impedimentis, si incurrens in illa sit conjugatus, non solum reddere, sed 33 petere debitum potest, quia nulla datur lex, quæ tali jure illum spoliat. Alterum dubium est, an supradicta omnia duodecim impedimenta impediens sint in suo robore, ita ut sit peccatum cum illis contrahere Matrimonium? Dux sunt opiniones: Prima tenet, non esse amplius in suo robore, neque nunc obligare, tribus exceptis, videlicet Interdicto, Voto, & Sponsalibus; & ideo relicta omnia tamquam ab usua, & consuetudine abrogata, scientibus, ac consentientibus Ecclesiarum Prælati, non amplius impediunt, & eorum aliquo irritum contrahentem Nuptias non peccat. Navarrus in Summ. cap. 22. n. 75. Sanchez lib. 7. disp. 17. num. 9. Basilius Pontius lib. 6. cap. 14. & alii pluribus citatis, Salmanticenses d. trad. 9. de Matrim. cap. 13. num. 15. Secunda opinio tenet, ea etiam nunc esse in suo robore, impediunt, ac obligant; & per consequens peccare mortaliter illum, qui aliquo ex prædictis impedimentis affectus de facto conjugium iniret; quia Sacri Canonis semper valent, & vivunt; consuetudo autem contraria est abusus, ac corruptela, si forte alicubi reperiat, quo tamen negatur ubique invaluisse, ut fortiter demonstrat Emin. Cardin. de Lauræa, qui hanc opinionem tenet, ac rationibus roborat in cit. disp. 36. art. 5. a num. 272. usque in finem. De Sacram. Matrim.

prout etiam antea fecere Emin. Card. Toletus lib. 7. cap. 19. & Rebellius lib. 3. cap. 18. Concordare conatur has duas discrepantes opiniones novissimè Matritius d. disp. 7. num. 365. distinguens: Vel crimina supralata, ex quibus proveniunt ipsa impedimenta impediens, sunt ad forum contentiosum delata, atque in eo probata? Et in hoc casu procedit opinio affirmans, ea esse in suo robore, quia tales criminosi præter alias penas, debent etiam fide futuri conjugii privari. Vel sunt occulta, & de eis noticia non habetur, nisi in foro poli? Et in tali casu non obligant, ac absolutus à criminis culpa in foro Sacramentali potest absque peccato, si velit, Matrimonium contrahere. Tertium dubium est, quæ possit dispensare in supradictis omnibus Impedimentis impediens? Respondent concorditer Theologi, ac Canonistæ, quod Episcopus potest dispensare, quia talis est universalis approbata consuetudo, exceptis tamen Impedimentis Sponsalium, ac Voto absoluto Castitatis, seu Religionis. Siquidem in Sponsalibus non potest Episcopus dispensare, ut unus ex Sponsis, altero invito, contrahat Matrimonium cum alio; sed agere debet tamquam Judex, & cognoscere, an sit causa justa resiliendi à Sponsalibus, vel non? & secundum justitiam causæ pronuciare, vel per dissolutione Sponsalium, vel per eorum executione. In Voto autem Castitatis, seu Religionis absoluto, solus Papa dispensat. Sanchez lib. 7. disp. 17. Navarrus d. cap. 22. num. 85. & Salmanticenses, qui alios DD. cumulant d. cap. 13. num. 16. & 17. ubi inferunt, quod si Votum Castitatis non fuerit absolutum, sed conditionatum, Episcopus potest in illo dispensare, etiam conditione adimpleta; & idem dicunt de Voto pœnali, nec non de Voto non perpe- 35 tuo, sed ad tempus limitatum facto; prout quoque de Voto servandæ Virginitatis, quia ea per primum carnis lapsum amissa, non amplius obligat, nisi intellexisset nomine Virginitatis perpetuam castitatem; item si quis vovisset tantum castitatem conjugalem, vel non ducere Uxorem, aut non tangere mulierem libidinis causa, seu de sumendis Ordinibus Sacris; in his enim omnibus casibus Episcopus potest dispensare amplè probat Jordanus tom. 2. lib. 9. tit. 1. a numer. 271. & seqq. in contingencia facti legendus, ac sicut Salmanticenses d. num. 17. concludentes, etiam in Voto Castitatis absoluto, ac perpetuo posse Episcopum dispensare, si periculum sit in mora alicujus gravis scandalum, vel ob paupertatem voventis difficultis sit aditus ad Papam.

DECISIO XXXVIII. ARGUMENTUM.

De Usu Matrimonii quinque Quæstiones proponuntur, & examinantur, ad cognoscendum, An sit Actus bonus? cadatque sub præcepto? Quatuor circumstantiæ recensentur à Conjugibus in copula maritali servandæ; idest Finis, Temporis, Loci, ac Modi, circa quas, alioque actus inhonestos, Uxoratis permittis, strictim, ob roborem, docetur quidquid, latè à Moralitatis de hisdem tractatur. S. Francisci Salesii, atque S. Ephrem effata pia, sed energetica.

SUMMARIUM.

- 1 Usus conjugalis an sit actus bonus? & num. 6.
2 Eucharistiam sumpturi debent ab Uxoribus abstinere. & num. 15.
3 Græci uxorati per totam Quadragesimam Uxorem non tangunt.
4 Copula maritalis an sit actus meritorius? N 3 5 He-

- 7. Hæretici damnantes copulam conjugalem.
- 8. Communione recepturi ob reverentiam eius abstinere ab Uxore.
- 9. Copula maritalis cum reâ intentione facta meretur gratiam.
- 10. Gloria accidentaliter dabitur exercentibus Matrimonium intentione reâ.
- 11. Aqua benedicta cur stet in januis Ecclesiarum?
- 12. Copula maritalis ad evitandam incontinentiam est finis secunda ius.
- 13. Voluptatis causa conjuges coeuntes an peccent?
- 14. Copula maritalis an cadat sub præcepto?
- 15. Copulam conjugis denegare potest in novem casibus. Et qui sint?
- 16. Circumstantia quatuor servanda in usu Matrimonii. Et quæ?
- 17. S. Francisci Saleffi doctrina circa copulam de Communionis.
- 18. Copula maritalis nec in loco publico, nec in loco sacro exercenda.
- 19. S. Ephrem Syri gratiosa responsio ad meretricem.
- 20. Ecclesia polluitur, si semen humanum in ea effundatur.
- 21. Loco in sacro quando conjuges possunt coire?
- 22. Modus naturalis coeundi a conjugibus servandus.
- 23. Medici Zaccchie doctrina de illo.
- 24. Copula non completa an conjuges possunt ab ea deesse?
- 25. Alius inhoneſti an sint liciti inter conjuges.

Completa omnium Impedimentorum Matrimonii explicatio, superest, ut de eius Usu differamus; circa quem Quæstiones quatuor sunt resolvendæ. Prima est, Utrum Matrimonii usus, sit actus bonus? Et videtur respondendum negative. I. Quia copula carnalis conjugatorum eos dividit à Deo; idcirco Exod. 19. præcipitur Judæis, qui erant visuri Majestatem Domini in Monte Sinai, ubi in igne erat descensus, ne ad uxores accederent. Et 1. Reg. 21. Achimelech antequam Panes Propositionis David daret, & servis eius, interrogavit, an mundici essent à mulieribus? id est an ab Uxoribus abstinent; & in cap. Sciat. 33. q. 4. nec non in cap. 2. Omnis homo. cap. Quotiescumque. cap. Si causa. cap. Christiano. De Conseret. dist. 2. præcipitur, ut qui sumpturi sunt Eucharistiam, abstineant ab actu conjugii per aliquot dies; prout etiam in festis solemnibus, & in diebus jejuniorum. In Ecclesia quoque Orientali mos est apud Græcos, ut Uxorati à copula conjugali per totam Quadragesimam abstineant; & alias in Paschate à Sacra Communione arcentur; ut ex Balsamone demonstrat Morinus de Sacram. Penitentia lib. 6. cap. 26. num. 12. II. Quia S. Hieronymus aiebat in Comment. super 1. Matth. & habetur in cap. Connubia. 37. quæst. 2. Connubia legitima carent quidem peccato, non tamen tempore illo, quo conjugales actus geruntur, præsentia Sancti Spiritus dabitur. Ergo usus Matrimonii non est actus bonus. III. Etiam S. Jo. Chryostomus Homil. 1. Operi In- 4. pers. inquit: Matrimonium est utilis panem non inferat, mercedem tamen non prestat. IV. S. Gregorius quoque ait, ut legitur in cap. Vir. De consec. dist. 2. Vir cum propria dormiens conjugis, nisi lotus aqua intrare non debet Ecclesiam. Ergo non est actus bonus.

His tamen minime obstantibus, dicendum est, quod conjugalis copula secundum se est actus bonus, ut ex SS. Thoma, Bonaventura, & Scoto ostendit Emin. Card. de Lauræa de Matrim. disp. 39. art. 1. licet enim usque ab initio Ecclesiæ non desherint Hæretici, qui hoc negarent, inter quos Saturnius Anno 120. qui asserbat, contradium Matrimonii esse inventum diaboli, & quod ad procreatioem sufficiebat vaga conjunctio; quod postea docebat Marcion Anno 146. dicens, uxoratos non posse

salvari; nec non Manichæi, Hieracita, Abigenes, & alii, quos refert Salettes, & ex eo idem Emin. de Lauræa d. art. 1. num. 2. nihilominus veritas stat in contrarium; siquidem Matrimonii usus à Deo ordinatus est, cum dixisset Genes. 2. Adheret bona Uxori sue, & erunt duo in carne una; scilicet per conjugalem copulam, ut explicat Benedictus Papa I. in cap. Lex divina. 27. qu. 2. Et Apostolus Paulus 1. Cor. 7. aiebat: Vir uxori debitum reddat, & Uxor viro. Et confirmatur, nam finis Dei in operando non potest esse malus: sed proliſcatio sui Dei finis, quæ per copulam Matrimoniale feret; & tandem quia actus iustitiae est intrinsecè bonus; at copula carnalis inter conjuges est actus iustitiae, atque charitatis; ipsi enim per contractum Matrimonii permittunt sua corpora ad hunc usum tum ob prolem suscipiendam, tum ad fornicationem evitandam; quapropter quomodocumque hunc usum exercent, faciunt actum iustitiae, & charitatis. Ergo est actus bonus, ut ratiocinantur Emin. Cardin. de Lauræa d. disp. 39. num. 10. & 11. num. 32. doctissimus Matrusius in 4. sent. disp. 7. n. 529. & Salmanticensis trad. 9. de Matrim. cap. 15. num. 3.

Ad contracta autem argumenta, & primò ad Primum respondetur, abstinentiam illam ab Uxoribus commendatam fuisse ob majorem reverentiam in suscipienda Eucharistia; & in spiritali reflexione ad Deum, quam facit homo orationis tempore, cujus figura fuit Visio Majestatis Divinæ Judæis ostensa per ignem in Monte Sinai, & panes propositionis ab Achimelech Sacerdote Davidi elargiti. Videtur autem quodammodo officere reverentiæ prædictæ voluptas, ac delectatio, quam copula maritalis unitam habet, sine qua nullus ad illam induceretur; ac tamen non est mala in se, nisi per excessum, aut tanquam finis principalis assumatur, ut latius districi Emin. Card. de Lauræa disp. 12. eod. trad. de Matrim. a num. 92. & seqq. Ad Secundum respondetur, S. Hieronymum per ea verba dicere voluisse; quod non est opus gratia speciali Spiritus Sancti in usu illo, quia sufficit gratia universalis ad quodcumque bonum opus agendum; ut declarat idem Eminentiſſ. Cardin. de Lauræa d. disp. 12. num. 96. subdens, quod, si conjuges in actu illo ordinem intentionem suam ad finem supernaturalem, & ad Dei gloriam in prole suscipienda, tunc obtinent specialia gratia auxilia; prout credendum est obtinuisse S. Joachim, S. Zachariam Præcursoris genitorem, S. Ludovicum Regem Francorum, & alios Sanctos utriusque testamenti, qui sanctissime usi sunt Matrimonio. Ad Tertium respondetur, S. Jo. Chryostomum intellexisse de mercede substantiali gloriæ; non autem de accidentali, quæ potest mereri à conjugatis, cum recto fine Matrimonii usum exercentibus, ut explicat ipse Emin. Cardin. de Lauræa d. disp. 12. num. 100. Ad Quartum dicendum, quia ut plurimum conjugati excessum committunt in usu illo, idè antiquitus fideles adhibebant lotionem aque benedictæ; & quæ deinde apposta est ad januas Ecclesiæ, ut ea se signantes, à maculis culparum venialium emundentur, ut latius demonstravimus in nostris Decisionibus de Baptismo Decif. XXXIX. num. 5. & seqq. ubi quatuor præcipuos effectus postumus Aquæ benedictæ, nempe. 1. Venialia peccata remittere. 2. Fugare demones. 3. Sanare infirmos. 4. Depellere adversitates, quos ibi studiosus Lector percurrere potest.

Ex supradictis tamen DD. faciunt hanc illationem, quod licet usus Matrimonii non sit malus, si fiat ob solum finem evitandi incontinentiam, etenim quamvis hic non sit finis primarius Matrimonii, est tamen secundarius, juxta illud Apostoli 1. Cor. 7. Qui non potest continere, nubet in Domino; & illud: Propter fornicationem autem (id est evitandam) unusquisque Uxorem suam habeat, & unaquæque suam Virum; & idè conjux, qui cum tali fine coit, neque

venialiter peccat. Matrusius alios DD. cumulans d. disp. 7. n. 530. Averfa quæst. 21. sect. 4. Salmanticensis d. cap. 15. n. 56. nihilominus si usus conjugalis fiat solum voluptatis, ac delectationis causa, ut plurimum est cum culpa veniali, non quia ipsa voluptas moderata cum culpa veniali, non quia ipsa voluptas eidem usui, sicut delectatio in edendo, ac bibendo; & ut diximus supra, si voluptas in copula non esset, nullus cum exerceret: sed propter excessum in voluptate, ac delectatione, quem committit, qui ex hoc solo fine utitur Matrimonio; ut late differunt Eminentiſſ. Card. de Lauræa d. disp. 39. num. 50. Matrusius d. disp. 7. num. 532. & Salmanticensis d. cap. 15. num. 57.

Secunda Quæstio est, Utrum copula conjugalis cadat sub obligatione? Circa quam omnes DD. respondent affirmativè, adèd ut conjux, altero petente copulam rationabiliter, teneatur illam ei reddere, & in eam consentire, juxta præceptum Apostoli 1. Cor. 7. Vir Uxori debitum reddat, & Uxor viro; quod si absque legitima causa detrectet, gravem culpam committat cap. Si dicat Vir. 33. qu. 5. Emin. Card. de Lauræa d. disp. 39. num. 19. Salmanticensis d. cap. 15. num. 3. ubi notant, quod hæc obligatio non solum urget, quando conjux expressè petit, sed etiam si tacite, per aliquod signum, vel indicium, ut sæpè accidit in Uxoribus, quæ ob ruborem, vel verecundiam non audent debitum à Marito expressè postulare. Ratio obligationis prædictæ sub pœna peccati est, quia conjuges ex vi contractus Matrimonii obligantur ad talem mutuum redditionem debiti; quia ex vi illius utriusque tradit alteri potestatem sui corporis in ordine ad utrum conjugii, & sic ex iustitia ad tale debitum solvendum reciproce obligantur. Sicut autem in aliis contractibus qui recusat rem tradere, ad quam tradendam ex iustitia est obligatus, graviter peccat; ita conjux qui negat debitum alteri conjugi petenti. Hinc sequitur, quod conjuges, qui se impotentes ad hoc debitum solvendum reddunt per nimias abstinentias, jejunia, ac austeritates vitæ, gravi culpa se aggravant, ut differunt DD. apud Sanchez lib. 9. disp. 3. numer. 5. & Salmanticensis d. cap. 15. num. 6. & 7. addentes, peccare etiam mulieres, quæ nimis penitentis se defortias reddunt, & pulchritudinem amittunt, cum periculo, ut Viri eorum in adulterium cum aliis mulieribus cadant. Sed hunc casum in praxi à Confessoribus raro audiri puto.

Porro plures dantur casus, in quibus conjuges absque peccato solutionem debiti recusare possunt. I. Si imminet periculum vitæ, aut gravis infirmitas; siquidem ordo naturæ postulat, ut prius consulatur incolumitati proprii individui, quam attendatur generationi prolis. Secus autem si levis esset infirmitas, ut dolor dentium, capitis, aut parvæ febris. Sanchez d. lib. 9. disp. 24. Salmanticensis d. cap. 15. num. 9. & 10. ubi alios citant. II. Non tenetur Uxor debitum reddere, si Maritus sit Leprosus, morbo gallico graviter affectus; vel alia contagiosa infirmitate detentus. cap. 1. De Conjugio Lepros. Sanchez, ac Salmanticensis ubi supra. III. Si conjuges paupertate laborent, & cum plures filios habeant, quos alere difficultate possunt, unus ex conjugibus velit à copula abstinere. Reginaldus lib. 31. n. 298. Averfa quæst. 29. sect. 7. Sanchez d. lib. 9. disp. 25. & Salmanticensis d. cap. 15. n. 11. alique ibi allegant. IV. Si mulier solita sit ex aliquo sui corporis imperfectione filios mortuos edere; quamvis in hoc casu plures DD. contrarium docent. Sanchez lib. 7. disp. 102. num. 9. Reginaldus d. lib. 31. num. 287. & 288. Salmanticensis, alios allegantes d. cap. 15. num. 12. V. Si conjux injustè, vel illicitè petat; puta qui vel adulterium cum alia commisit, vel affinitatem contraxit per copulam habitam cum sanguinea Uxor in primo, aut secundo gradu, vel

est voto castitatis adstrictus, vel petit intra bimestre à die contractus Matrimonii; vel si cognationem spirituales elevando filium de fonte baptismali inlisset. Salmanticensis d. cap. 15. a num. 13. & seqq. novissimè Matrusius d. disp. 7. a n. 537. VI. Si Uxor sit gravida, & per copulam timeat de occasione fetus in utero, vel de abortu, nam tunc potest debitum marito negare. cap. Origo 32. quæst. 4. ubi Glossa in fin. hanc reddit rationem; quia ex concussione perit partus: nec non cap. Non solum. 32. q. 7. VII. Si mater nondum puerum natum ablataverit, recusare enim potest redditionem debiti Marito per cap. fin. dist. 5. ubi S. Gregorius Papa sic inquit: Ad ejus verò (matris) concubitum Vir ejus accedere non debet, quousque qui gignitur, ablatetur. VIII. Item si Uxor reperitur suis purgationibus, ac mensuris obstricta. d. cap. fin. Eminentiſſ. Card. de Lauræa d. disp. 39. n. 96. & seqq. Et Salmanticensis d. c. 15. n. 76. ubi tamen ajunt, esse tantum peccatum veniale, Uxorem mensuratum carnaliter cognoscere. IX. Si conjux sit dubius, & habeat probabilem opinionem de invaliditate Matrimonii. Sanchez lib. 2. disp. 39. n. 5. Bonacia de Matrim. quæst. 4. punct. 4. à num. 16. Averfa quæst. 17. sect. 3. Diana Coordinatus, alios DD. cumulans tom. 2. trad. 6. resol. 176. quæ in veteri reperitur part. 4. trad. 4. resol. 48. novissimè Salmanticensis, qui fusc hunc casum examinant, & circa eundem plures limitationes, ac declarationes faciunt in d. trad. 9. de Matrim. cap. 15. punct. 4. per totum, ibidem à Studiosis videndas.

Tertia Quæstio est: Quot circumstantiæ sine servandæ à conjugibus in usu Matrimonii, ne peccatum committant? Respondent DD. quatuor circumstantias esse ab eis observandas. Prima est, ut moveantur ad illum usum ob bonum finem; talis autem erit, si intendant, silem sibi servare, significationem Sacramenti perficere, incontinentiam fugere, ac prolem ad Dei gloriam generare. Sanchez lib. 9. disp. 11. num. 4. Basilus Pontius lib. 10. cap. 8. numer. 5. Averfa quæst. 21. sect. 4. & Salmanticensis d. cap. 15. num. 56. quo loco tamen dicunt, quod etiam peccatum veniale, si prolem generare intendant solo desiderio successione, & propagationis familie. Secunda circumstantia erit respectu temporis, nempe Festorum solemnium, Quadragesimæ, Jejuniorum, ac publicarum Oratorum juxta illud Apostoli 1. Cor. 7. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi. Quamvis autem hæc circumstantia temporis secundum communem Theologorum opinionem sit ex consilio, non autem ex præcepto. Sanchez d. lib. 9. disp. 12. num. 5. Basilus Pontius lib. 10. cap. 9. & Averfa quæst. 2. sect. 6. tamen quo die conjuges recepturi sunt Sacram Eucharistiam, debent à copula abstinere. cap. 1. cum quatuor sequentibus 33. quæst. 4. quia non possunt excusari à culpa veniali, si tali die ex nimia carnis concupiscentia, vel voluptatis capiendæ gratia coeant, nam ex ea magna oritur distractio, & mentis hebetudo. S. Thomas 3. part. q. 80. art. 7. ad 2. Sanchez lib. 9. disp. 13. num. 8. & Salmanticensis d. cap. 15. num. 59. qui idem statunt de copula post Communionem eadem die, nisi gravis causa urgeat, quæ ab irreverentia excuset. Plum, ac studiosum Lectorem ne pigeat audire Sanctum Franciscum Saleſium de hac circumstantia sic ad suam Filobeam, id est Animam devotam, part. 2. cap. 20. loquentem:

Bisogna, che io dica questa parola per le persone maritate. A Dio non piacera nell' antica Legge, che li creditori volessero eggere ciò, che era loro dovuto ne' 16 giorni di festa. Ma non vietò mai, che li debitori non pagassero, e rendessero il loro debito a quelli, che lo dimandavano. Questa è cosa indecente, se bene non è gran peccato, il sollecitare il pagamento del debito matrimoniale il giorno, che uno si è comunicato: ma non fa male, anzi è cosa meritoria il pagarlo. Quindi è, che